

Si quis non vult operari, nec manducet.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli
ad Thessalonicénses

3, 7-12

Fratres:

- ⁷ Scitis quemádmódu opórteat imitári nos,
quóniam non inordináti fúimus inter vos
- ⁸ neque gratis panem manducávimus ab áliquo
sed in labóre et fatigatióne, nocte et die operántes,
ne quem vestrum gravarémus;
- ⁹ non quasi non habuérimus potestátem,
sed ut nosmetípsos formam darémus vobis
ad imitándum nos.
- ¹⁰ Nam et cum essémus apud vos,
hoc præcipiebámus vobis:
Si quis non vult operári, nec mandúcet.
- ¹¹ Audímus enim inter vos quosdam ambuláre inordináte,
nihil operántes sed curióse agéntes;
- ¹² his autem, qui eiúsmodi sunt,
præcípimus et obsecrámus in Dómino Iesu Christo,
ut cum quiéte operántes suum panem mandúcent.

Verbum Dómini.